

Theodor Varmerier

Programma Collegii Iuridici

Rostochii: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734592477>

Druck Freier  Zugang



R. U. Progr. 1623/a

*hujus docendi Theod. Varmicino
demandatur.*

162

Programma
COLLEGII
JURIDICI,

IN ALMA ROSTOCHIENSI ACADEMIA
Cujus autoritate

CLARISSIMO ET CONSUL-
TISSIMO VIRO,
DN. DOCTORI
THEODORO VARMEIERO
Osnabrugensi VWestph. Dicafterij Pro-
vincialis advocato solertissimo,

Publicum docendi munus demandatur.



ROSTOCHII
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXIII.

54.

COLLEGIUM
THEOLOGICUM
IN ALMA MATER ROSTOCKENSIS
UNIVERSITATE

CLARENDO ET COMITIBUS
THEODORUS
Diallogus de veritate
religionis Christianae
auctore
Balthasar de Silesio

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

THEODORUS
Diallogus de veritate
religionis Christianae
auctore
Balthasar de Silesio



THEODORUS
Diallogus de veritate
religionis Christianae
auctore
Balthasar de Silesio

77



VICEDECANUS

ET

Cæteri Doctores Colle- gij Juridici.



Admodum sapienter Quintilianus inter prima Reip. ornamenta & Requisita necessaria, retulit fidum ecclesiæ & scholæ doctorem, ludiq; magistrum; cum hi non minus Reip. quam bonus nauclerus navi in vastissimo pelago periclitanti: Et dux experientissimus ac fortissimus exercitui cum hostẽ jam jam congregienti sint necessarij. Togata etenim nostra militia non minoribus nec rarioribus, imò crebrioribus periculis, injurijs, ac calamitatibus, quam armata, est exposita. Habe enim hostem infensissimum Diabolum ejusq; astuta & nequissima organa: Quem enim fugiunt acerrimæ velitationes, quas orthodoxi Theologi in hac Ecclesia militante, cum Hæreticis ac scismaticis, imò non rarò cum proprijs membris sustinere coguntur: Cuinam sunt ignota civilia bella, veris Juris sacerdotibus ac justitiæ Præsidijs à legum ac æquitatis hostibus mota; Quis vanas & insanas contentiones non audivit vel legit, quas hodie ad everendam sanam philosophiam, otiosa quædam ingenia communi-

A 2

scun-

ſcuntur: Quis quaſo mortalium non ſibi laudi ducit, ſi privile-
gijs, immunitatibus ac libertatibus, ordini literatorum ab Imperato-
ribus indultis, quid detrudere, injuria illos afficere, eoſq; cōtemnere
queat. Sanè in ipſiſſimo literatorum cātu reperiuntur haud
pauci, qui licet virtuti ac Muſis ſacris nomina ſua ſint profeſſi, ita
tamen vitijs dediti & addicti, ut nulla lege, nulla paternâ admoni-
tione, nullis pœnarum repagulis, imò nec Jurejurando ſanctè
præſtito in officio contineri queant, ut cum hiſce non ſecus quam
cum Polyphemis, ac cyclopibus ſit certandum. Imò hora,
tempus & vigilia bonis literis ac neceſſarijs ſtudijs deſtinatæ, ho-
ſtibus noſtri ordinis impendendæ, ni ſumma imis miſceri debeant.
Unde ſaris patet, quam eximium & ſingulare Dei donum ſit, Acade-
miæ antecellor ſidus ac ludimagiſter bonus, cum primis ſi non
talis videri, ſed potius eſſe velit: Quamplurimi quidem natu-
ram & qualitatem boni viri ſimulant, ſed aſtutè & callidè pravos
ſuos mores, ac ſubdolum animum diſſimulant, ut non omnis, bo-
ni viri faciem præ ſe ferens, talis ſit æſtimandus. Hinc non abs re
moveretur dubitatio illa, an Doctor ſeu Academiæ Antecellor per
ſubſtitutum docere, & munus ſuum alteri demandare poſſit, cum nō
deſint rationes, utramq; ſententiam probantes; ſive enim inſpex-
erimus ſacros, ſive prophanos codices, deprehendimus omni ſecu-
lo ſubſtituendi modum fuiſſe receptum. Ipſemet enim Jehova
Moſi balbioris virum alleganti, Aaronem ſubſtituit: Idem Iſraë-
litici populi dux Judicium divinitus ſibi demandatum, ſocero mo-
nente, alijs expediendum commiſit. Conſules Romani provin-
cias ab Auguſto, ſenatui populoq; relictas, per viros proconſula-
ri autoritate claros, adminiſtrarunt: Ipſemet Imperatores Præto-
rio Præfectis, curam aula commiſerunt, licet ſummi Monarchæ, uti
& Reges, Duces, & Principes jurent, ſe Imperium, Regnum,
Repub. ac territorium deſenſuros, juſtitiam ſanctè & ædulò ad-
miniſtratos, litibus tamen ac bellorum motibus exortis, ut plu-
rimum per alios, cauſas Judiciarias & bella expediunt. Quippe
ad horum exemplum Germania habet ſuos Electores, Gallia Pares
Franciæ, locum ſummi principis nonnunquam tenentes, unde etiam
Longobardici juris authores ſcriptum nobis reliquerunt, vaſallum
præci-

præcisè in propriâ personâ, ad servitia Domino præstanda, non esse
 obligatum: modò peræquè valentem ejusmodi ministeria expediat.
 Et quanquam nonnulli exempla enumerata negare nequeant, inde-
 cens tamen esse putant, ut Academiæ pulveribus ascripti, politici-
 cis & aulæ negotijs se accommodent, simulq; Aulicæ & Academi-
 cum agant. Verùm enim verò, invidiæ vel potius inscitæ affectu
 seposito, hoc non infrequens, nec Reip.^æ damnosum, sed fructuosum
 esse, nullo negotio evincemus. Jcti enim Romani, non domi sal-
 tem Jura docuerunt, ac libris edendis invigilarunt, sed etiam foris
 Remp. curarunt. Sic enim, ut priores taceamus Pub. Cor. Scipio
 Nasica, non Censoris dignitatem saltèm, sed & Triumviratum, uti &
 legati munus, ad Bythinei Regem, sapius sustinuit, & Coloniam A-
 quileam deduxit. Unde domi, ob jurisprudentiam summè clarus
 factus, & foris, ob res feliciter gestas, magnam laudem meruit, in-
 tantum, ut publicè ipsi domus in sacra via sit data, quò facilis con-
 suli posset. Haud minus L. Cor. Scipio Africanus, Consulatum
 gessit, & Bojos laudabili victoriâ devicit, Carthaginemq; cœpit:
 Sic Marcus Manlius etiam Jctum & Consulem egit, simulq; bel-
 lum Punicum inchoavit. Qui tamen domi inter Jurisperitos ta-
 lis habitus fuit, à quo, transverso foro ambulante, consilia suè re-
 pita & consulentibus impertita, & hicce Jus interpretando, tres li-
 bros de jure civili scripsit, ac Pontificalem dignitatem sustinuit.
 Non enarramus Anthistum Labeonem, nec Mansurium Sabinum,
 à paupertate itidem clarum, cum initio adeò exquis facultatibus
 fuit instructus, ut ab auditoribus fuerit sustentatus. Haud absi-
 milem reifamiliaris angustiam, & hodiè pro dolor multi experiun-
 tur, cum sæpè porcarij & bubulci, lautiori & pinguiori fruuntur
 beneficio, quam Ludimagistri, quod dolendum, imo summoperè
 admirandum, homines reperiri, quibus magis porci, quàm liberi, cor-
 di sint. Pegasum quoq; Proculi æmulum, Consulatum sub Vespasi-
 ano cum Pusione, & postmodum, Præfecturam urbis gessisse con-
 stat. Quantas quoq; præclaras operas Neratius Priscus in jure in-
 terpretando, & aulæ inserviando, præstiterit, inde constat, quod
 Trajanus Imperator aliquando eidem dixerit, commendo tibi pro-
 vincias meas, si quid fatale mihi contigerit. Non in scenam re-

voco Javolenum, qui Anthonio à consilijs fuit, & simul de jure re-
spondit: nec Salvium Julianum, collectorem Edictorum Præto-
rianorum, qui, posteaquam Romæ Præfecturam Urbis, & consula-
tum, secunda vice gessisset, publicum ac privatum jus, adeo studiosè
sibi commendatum habuit, ut notatu dignum hoc solum, per-
petuo in ore habuerit: Etsi unum pedem in sepulchro haberet,
se tamen adhuc addiscere velle. Nec magnum nostrum Papinia-
num, quem merito Phosphorum, jurisconsultorum appellamus,
cujus acumen adeo subtile & exactum fuit, ut discipuli sub eo pro-
ficientes, Papinianistæ fuere appellati. Hic etiam, à Septimio Seve-
ro, fisci successor declaratus, eiq; præfectura Prætoriana decreta.
Non recensemus Domitium Ulpianum, Julium Paulum, Heren-
nium Modestinum, & horum Assellas, qui omnes studio Juris
interpretando, & publicis negotijs expediendis, cum laude fuere
adhibiti. Quis itaq; nostratibus jurisperitis vitio dabit, si à ma-
gnalibus, & populi primatibus vocati, ad publica adhibeantur mu-
nera, ijsq; nostrorum Judiciorum commendetur Prætura, præfer-
tim, cum non minus hanc suscipiendi spartam, studiosa] Juventuti
prodesse, ac editione Responsorum, enodationeq; legum difficilio-
rum, cum primis earum, quæ ex parte à nostris curijs recesserunt
Reip. literariæ prodesse possunt. Conclusionis itaq; loco poni-
mus, Academiarum membris, haud interdictum esse, quò minus vi-
galias suas & scholis & publicis negotijs addicant, ac per idoneum,
quod muneris sui est, expediant. Hoc secum perpendens, vir cla-
rissimus & consultissimus D. ERNESTUS COTHMANNUS
Jctus, & Collega noster honorandus, ab eo tempore, quo Heroibus
hujus provinciæ Illustrissimis ac Celsissimis, Domino UDALRICO
Patri Patriæ, & Domino CAROLO, Ducibus Megapolensibus: &
hisce piè defunctis, Reverendissimo & Illustris, Duci ac Domino,
Dn. JOANNI ALBERTO, Domino nostro Clementissimo, à Con-
silijs fuit, & Cancellarij munus, cum laude gessit, per alios docuit, &
in hac gravi sua ætate, in eodem proposito pergere constituit, licet
ipso Jure jam veniam mereatur, & Emeritis accenseatur: siquidem
Juris certi est, eos, qui per viginti annos sedulo docuerunt, non ve-
niã saltem, sed & comitativã dignitatẽ mereri. Quod etiã omni ferẽ
Gentium

gentium seculo ita fuit observatum. Epimenidi enim Cretensi qui tempore Solonis ultra 154. annos vixisse dicitur, licet 57. annos continuos dormierit, si Laertio credimus, & interim nihil praestiterit Emeritorum privilegio honoratus fuit. Sic & Appius Claudius, cognomine Cæcus, licet cæcitate simularitò Emeritorum brachia obtinuit. Cneo quoq; Flavio, Claudij Cæci Scribæ, qui jus civile in Pontificum penetralibus repositum, furatus est, & evulgavit, Ædiliū Curulium dignitas, præmij loco fuit collata. Quinto Fabio Maximo, quinquies consulatus sustinenti, etiam suis honores fuit decretus, uti Plutarchus, in illius vita notat. Nec immeritò; impium siquidem & summæ ingratitude vitium esset, de Reip. probè meritos, velle eijcere, & quando oneri ferundo non æque sint pares, contemnere, ac in super stipendio privare velle. Scribit quidem Livius de Marco portio Catone hunc Romanum in perferendis laboribus adeo fuisse ferreum, ut licet, sexum & octuagesimum annum egerit, senectus tamen corporis vires non fregerit, sed eum ad causas agendas, orationesq; habendas, aptissimum fuisse. Cum verò causæ excusationem merentes, in nostro collega concurrant: licet singulæ earundem excusationem præbeant, haud immeritò eas Justas judicavimus; cum nemo negabit, illum præclarissimas operas non Reip. literariæ saltem, sed etiam toti Provinciæ, & tot Illustrissimis Heroibus præstitisse. Quis porro illius senium in dubium vocabit, cum septuagesimum, uno lustro dempto attigerit annum. Quis virium indefesso studio exhaustarum declinationem non animadvertit, vel potius cernit; Quis ipsius diuturnam absentiam, & profectiones publici boni causa susceptas, non justas dicet, ut nemo nisi iniquus censor, de hoc ipso substitutionis actu sinistrè judicare queat. Quocirca, ut conscientia suæ melius consuleret, & calumniantium voces reprimere, hæc partes docendi, viro Clarissimo & Consultissimo, Dn. THEODORO VARMEIERO, Osnabrugensi Westphalo, de studiosa juventute benè merito, & adhuc optimè merenti, demandavit, nullus dubitans, cum jam ante Academiæ, & nobis, singularem suam eruditionem, morumq; integritatem, & docendi


dexte-

dexteritatem, satis probavit, quin & spartam hanc, fidei suæ com-
missam, cum laude sit exornaturus; modo discentes id præstite-
rint, quod illorum officij erit. Siquidem non ignorent, sedulos &
attentos auditores, excitare vires & ingenia docentium. Cum
itaq; jam dictus Doctor THEODORUS VARMEIERUS,
Collega noster carissimus, cras Deo fortunante, initium publica-
rum prælectionum Codicis, de JURE NON SCRIPTO, hora No-
nâ sit facturus, ut omnes & singuli juris nostri studiosi, eum præce-
ptoris loco habeant, colant, & frequentes audiant, ab omnibus
contendimus, ac nobis pollicemur. P. P. sigillo Facultatis no-
stræ. 22. Junij Anno 1723.



gentium seculo ita fuit observatum. Ep
 qui tempore Solonis ultra 154. annos vixisse
 continuos dormierit, si Laertio credimus, de
 terit Emeritorum privilegio honoratus fuit.
 dius, cognomine Cæcus, licet cæcitatē simul
 bæia obtinuit. Cneo quoq; Flavio, Claud
 civile in Pontificum penetralibus repositum
 vit, Ædiliū Curulium dignitas, præmij loc
 Fabio Maximo, quinq; consulatus sustin
 fuit de cretus, uti Plutarchus; in illius vita n
 impium siquidem & summæ ingratitude v
 probè meritos, velle eijcere, & quando oneri
 pares, contemnere, ac in super stipendio priva
 dem Livius de Marco portio Catone hunc R
 dis laboribus adeo fuisse ferreum, ut licet,
 mum annum egerit, senectus tamen corpor
 sed eum ad causas agendas, orationesq; ha
 fuisse. Cum verò causæ excusatione
 collega concurrant: licet singulæ earunde
 beant, haud immeritò eas Justas judicavimus.
 illum præclarissimas operas non Resp. literar
 toti Provinciæ, & tot Illustrissimis Heroib;
 porro illius senium in dubium vocabit, cum
 lustro dempto attigerit annum. Quis viriū
 haustarum declinationem non animadvertit
 Quis ipsius diuturnam absentiam, & profes
 causa susceptas, non justas dicet, ut nemo nisi
 ipso substitutionis actu sinistrè judicare queat
 scientiæ suæ melius consuleret, & calumni
 meret, hæc partes docendi, viro Clarissimo
THEODORO VARMEIERO, Osna
 de studiosa juventute benè merito, & adhuc
 mandavit, nullus dubitans, cum jam ante Aca
 gularem suam eruditionem; morumq; inte

Cretenſu
 77. annos
 l præſti
 as Clau
 um bra
 , qui jus
 evulga
 Quinto
 s honos
 merito;
 Repub
 que ſint
 ibit qui
 erferen
 tuageſi
 regerit,
 ſimum.
 a nontro
 in præ
 negabit,
 etiam
 Quis
 im, uno
 dio ex
 cernit;
 ei boni
 de hoc
 ut con
 s repri
 no, Dn.
 ſphalo,
 nti, de
 bis, ſin
 locendi
 dexte.



the scale towards document